



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

203. Dominica 5. Pentecost. De extinctione vitiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Pentecost.

t, an sui desi-
em, & immo-
l aliquod ex-
ducat, an sit
ansfigurant
an dubia sit,
flexionem ad
habuerim.

CII.

Pentecost.
ventium.

abe etiam ve-
lios Solis sine
em per ipsam.
isque opus ma-
ini declarabit,
sciusque opus
us arserit, de-
us epist. 1. ad

ter igne ablu-
. quæ præce-
endi, & quo-
quibus reme-
extirpanda
septem cau-
espectus hu-
utriusque.
Medite

Sabbato Dom. 4. post Pentecost. 359

Meditationis, & petitionis auxilij divini. 4.
Contemptus rerum, quæ non sunt manife-
stè peccatum, 5. Libertas sensuum. 6. Otium.
7. Tepor.

Conf. 3. Quam sim insufficiens, ut hac de
re proposita executione mandem, & aurum,
argentum, lapides pretiosos, hoc est, bona
opera superædificem, aurum charitatis, ar-
gentum sapientiæ, & contemplationis, la-
pides pretiosos virtutum omnis generis, quæ
in B. Virgine, quàm maximè reluxerunt, &
prorsus oppositæ actiones septem causis la-
psuum venialium fuerunt. Ab hac depre-
cabor veniam, imitandi gratiam, perseve-
rantiam.

MEDITATIO CCIII.

Dominica 5. post Pentecosten.

De extinctione vitiorum.

Avdiam Dominum suis eductis ex Ægypto
præcipientē, ut gentes multas (Deut. 7.)
percutiant, easque usque ad internecionem
deleant, vitia nempe omnia. Nisi abundave-
rit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pha-
risæorum, non intrabitis in Regnum caelorum.
Math. 5. Petam intelligere naturam vitio-
rum, ut ea extinguam.

Conf. 1. Vitium esse ægritudinem animæ
virtutis sanitatem eliminans, vel deformita-
tem

360 *Dominica 5. post Pentecosten,*
tem animæ à virtute proveniente pulchri-
tudinem turpantem, vel curvitatem animæ
virtutis rectitudinem tollentem, vel tandem
pravam affectionem, seu habitū ad aliquod
iniquum opus eam inclinantem:

Conf. 2 Quomodo hinc pateat vitium non
esse tolerandum, sed abolendum, juxta illud
Deut. 12. *Dissepata aras eorum, & confringite
statuas, lucos igne comburite, disperdite nomina
illorum de locis illis.* Sic Iosias contrivit statuas,
& succidit lucos, replevitque loca illorum
ossibus mortuorum, id est, vitia animæ eam
obscurantia: lucorum sedes mortuorum os-
sibus replevit, ita adversus partes a vitiis
vitiis depugnasse, ut ea victa nunquam
resurgant.

Conf. 3. Ita verò contra omnia vitia pu-
gnandum est, ut universa exterminentur,
alias omnes virtutes non acquiruntur: Ha-
enim sine odio vitij, ac malitiæ, sibi è diame-
tro oppositæ, non comparantur. Si igitur ha-
bere volo luctum, semper odio habeo ri-
sum: si humilitatem, semper execror su-
perbiam: si continentiam, semper odio ha-
bebo gastrimargiam, &c. Qui vult esse mise-
ricors, avaritiam caveat, qui eremum habi-
tare, frequentiam odio habeat. Petam vir-
tute Sanctorum renovari, & aquâ la-
teris Christi lavari amplius.

MEB